Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



nat est homo in mundum. Et uos g nunc quidem tristi
am habetis. rursum autem uidebo uos. & gaudebit cor uestrum. Et D.
gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Jacobi apli.
Fratres. Omne datum optimum. & omne donum perfectum
desuper est descendens a patre luminum. apud quem
non est commutacio nec uicissitudinis obumbratio. Vo
luntarie genuit nos uerbo ueritatis. ut simus initium aliquod
creature eius. Scitis fratres dilecti. Sit autem omnis homo ue
loc ad audiendum. tardus autem ad loquendum. & tardus ad
iram. Ira enim uiri iusticiam dei non operatur. Propter quod abicien
tes omnem immundiciam. & habundantiam malicie in man
suetudine suscipite insitum uerbum. qd potest saluare animas uestras.
In illo tempore. Dixit ihs dis. Vado ad Sdm Johannem
eum qui me misit. & nemo ex uobis interrogat me. quo ua
dis. Sed quia hec locutus sum uobis. tristicia impleuit cor ues
trum. Sed ego ueritatem dico uobis. expedit uobis. ut ego uadam.
Si enim non abiero. paraclitus non ueniet ad uos. Et cum uenerit.
ille arguet mundum de peccato. & de iusticia. & de iudi
cio. de peccato quidem. quia non crediderunt in me. de iusti
cia uero. quia ad patrem uado. & iam non uidebitis me. de
iudicio autem. quia princeps mundi huius iudicatus est. Adhuc
multa habeo uobis dicere. sed non potestis portare nunc. Cum autem
uenerit ille spiritus veritatis. docebit uos omnem ueritatem. Non enim
loquetur a semetipso. sed quecumque audiet loquetur. & que uen
tura sunt. annunciabit uobis. Ille me clarificabit. quia de
meo accipiet. & annunciabit uobis. D. v. Jacobi apli.
Fratres. Estote factores uerbi. & non auditores tantum. fallentes
uos metipsos. quia si quis auditor est uerbi & non factor.